Sabbatho post Festa Solennia Sacri Paschatis proximo Anno praesenti roborato, nec non de eiusdem ipsi Contractus Robora= toria Inscriptione cum omnibus eiusdem Contractus et eius inscriptionis roboratoriae Conditionibus, punctis, clausulis ar= ticulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis ob sufficientem et plenariam Sibi Recognoscentibus ab in= uicem praestitam satisfactionem quietant emittunt dimit= tunt liberosq; et absolutos faciunt et perpetuo pronunci= ant, Contractum eundem tum eius Inscriptionem Robora= toriam, in toto et totaliter Cassant, mortificant et annihi= lant. Hijs suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus. 2021

Pobiedzinski Conventui Ordinis Praedicatorum Censum in scribit. 1249

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca= strensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Mar= tinus de Pobiedno Pobiedzinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus Suis quibusuis pro= prijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capi= taneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum moderuum attinet Sese cum Successoribus ac bonis suis generaliter omni= bus totaliter et plenarie incorporando atq; Subijciendo palam libere, publice ac peresppresum recognouit. Quia ipse accepta et realiter leuata summa Trium Millium Florenorum Polo= nicalium de manibus Religiosi in Christo Patris Hyacinthi Swietlikowicz Ordinis Praedicatorum Conuentus Praemisliens

+

Prionis, de qua levata et realiter percepta eundem Religiosum in Christo Patrem Conventus Praedicti Priorem quietat eandemque Summam Supra scriptam, in et Super bonis Suis

2022 propriis et haereditariis Videlicet Praedio in suburbio ante Dubiecko Sorte in Sliwnica et Villa Czerwonka Przedmiescie Dubiecko et Popowo in Palatinatu Russiae Terrae vero et Districtu Sanocensi iacen(tibus) et consisten(tibus), cum omni bonorum eorundem Iure Dominio proprietate, Competentiaque et praerogativa quavis omnibusque et singulis bonorum praefatorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus emolumentis Commodis obventionibus, tum agris fundis pratis campis pascuis sylvis, boris gais, nemoribus indaginibus rubetis Vepretibus merricis villagiis, hortis pomariis, apiariis, apum mellificiis, Structuris aedificiisque quibusuis, tabernis molendinis, horreis holodiis granariis Stagnis magnis et parvis piscinis piscinulis, lacubus palludibus, fluviis fluminibus torrentibus, aquis, aquarum decursibus rivis rivulis, nec non Subditis Cmethonibus, Hortulanis inquilinis eorumque laboribus, Censibus, dationibus, Vecturis muniis, obsequiis et officiis quibusuis attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii, Proprietatis ac Cuiusuis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente Suisque Successoribus, aut alio quopiam reservando seu excipiendo, Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e Contra in nullo derogando, Verum ita late longe circumferentialiterque, prout praefatorum bonorum haereditas se in Suis metis et limitibus ab antiquo extendit et praetenditur, et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime Serviebant Iam ex nunc et de facto Supra scripto Religioso in Christo

Patri

Patri Hyacintho Swietlikowicz Conventus prædicti Premys:
sliensis Ordinis Prædicatorum Priori et eius Succedaneis eo:
rū Conventui præfato nunc et pro tempore existenti 2023
Collocat demonstrat, inscribit et assecurat præsentibus in
Vim reemptionis alias na wyderkaf inscribendo et obligan:
do se suosq Successores et bonorum præfatorum hæredes
et Possessores pro tempore existentes ab eadem summa
Capitali Trium Millium Florenorum Polonicalium Censum
annuum a quolibet Centum per Octo Florenos Polonicales
computando et numerando, quotannis pro die Cuiusuis
Quartualis post expirationem duodecim Septimanarum
incidente per Florenos Sexaginta, incipiendo solutionem istius
Census annualis prima ratha a proxime et immediate Ven:
turo Festo Sancti Martini Pontificis in Anno præsenti pro:
xime Venturo incidenti mediante quietatione manuali
Religiosi in Christo Patris Gregorij Badouij Sacræ Theologiæ
Doctoris summæ istius supra scriptæ Collatoris, Cui idem Census
annuus a summa Capitali quotannis proveniens ad Vitæ
ipsius tempora servire debebit, ad manus eiusdem Religiosi in
Christo Patris Gregorij Badouii, post fata vero ipsius ad ma:
nus Cuiusuis Prioris Conventus eiusdem pro tunc existentis da:
re solvere et realiter ac in effectu numerare et per suum nun:
cium proprium huc Premysliam ad Conventum prædictum trans:
mittere, Idq sub Vadio simili summæ supra scriptæ Trium Mil:
lium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem
sive eius successores, bonorumq præfatorum hæredes et posses:
sores pro tempore existentes præfato Religioso in Christo Patri
Gregorio Badouio post fata vero ipsius Cuivis Priori Conven:
tus eiusdem pro tunc existenti ob non solutionem nec transmis:
sionem Census eiusdem annualis pro tempore et loco superius

expressis, toties quoties opus fuerit ad Solvendum Succum:
bendo. In quæ quidem bona Suprascripta præsentibus
per se Recognoscentem, Vendita, Idem Recognoscens Su:
2024- prascriptus Generosus Martinus Pobidzinski Suprascripto
Religioso in Christo Patri Hyacintho Swietlikowicz Ordinis
Prædicatorum Conventus Præmisliensis Priori, et eius Succe:
daneo totiq. Conventui eidem nunc et pro tempore existen:
ti. Jam exnunc et defacto, dat coram officio præsenti et
admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq.
possessionem per Ministerialem quemvis Regni Generalem
et Nobiles duos dic quavis volent officiose acceptandam
per ipsum Religiosum in Christo Patrem Priorem Conven:
tus præfati Præmisliensis et eius Succedaneos, totumq. Con:
ventum ipsius nunc et pro tempore existentem, bona præfata
Summa Capitali, et censu prædicto onerata, cum omnibus eo:
rundem Utilitatibus et Emolumentis quibusvis tenendi ha:
bendi et possidendi, illisq. quiete et pacifice Uti fruendi, ac ad
suos suorumq. Succedaneorum quosvis beneplacitos Usus fru:
ctus libere et effectualiter convertendi, Usq. ad realem Summæ
prædictæ Capitalis persolutionem. Debetq. et tenebitur memo
ratus Recognoscens Generosus Martinus Pobidzinski prout se
ac suos Successores, bonorumq. præfatorum hæredes et pos:
sessores pro tempore existentes, in et super iisdem bonis
et aliis suis generaliter omnibus, Summisq. pecuniariis qui:
busvis habitis et habendis Prædicto Religioso in Christo Patri
Hyacintho Swietlikowicz Conventus Præfati Priori et eius
Succedaneis, totiq. eidem conventui, nunc et pro tempore exi
stenti inscribit et obligat præsentibus ipsos in iisdem bonis
Summa præfata Capitali et Censu annuo oneratis, et ratio:
ne eorundem bonorum ab omni et quavis impetitione iuridica

quarum

+

quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis Status et Sexus existentium, ex occasione Suprascriptorum modo quovis exorienda in omni Judicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnesque indemnesque reddere, nec non haec eadem bona modo praemisso onerata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super iisdem bonis Summa praefata Capitali et Censu praedicto oneratis cuiuis personarum modo quocunque factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona modo praemisso onerata, importatis et importandis, lucris denique et perlucris processibusque Juris quibusuis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super ipsis omnibus modo praemisso oneratis productis et producendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam, Coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum modo praemisso oneratorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eas possessionem et Usumfructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumque Conventum praedictum in dictis bonis modo praemisso oneratis tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari, ita ut haec eadem bona praemissaque omnia cum universis eorundem Utilitatibus et Ususfructibus idem Conventus nunc et pro tempore existens quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Reemptionalis Vigore, tenere, habere et possidere queat 2025

illius uti frui possit, usq' ad realem et plenariam summæ præ:
fatæ Capitalis persolutionem. Idq' sub alio simili seorsivo et
speciali Vadio aliorum Trium Millium Florenorum Polonicali:
2026 um per eundem Recognoscentem, sive eius Successores bono:
rumq' præfatorum hæredes et possessores pro tempore existen:
tes prædicto Religioso in Christo Patri Priori sive eius Succeda:
neis totiq' eidem Conventui nunc et pro tempore existenti, ob
non Complationem præmissorum omnium et singulorum tam in
parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum
Succumbendo. Pro quo quidem Vadio vel Vadiis modo præmisso
ad Solvendum Succubitt ac pro re aliqua principali ex præ:
missis non completa Complenda Citatus existens memoratus
Recognoscens Generosus Martinus Pohidzinski sive eius
Successores, bonorumq' prædictorum hæredes et possessores
pro tempore existentes. Ad Instantiam præfati Religiosi
in Christo Patris Hyacinthi Swietlikowicz Ordinis Prædicato:
rum Conventus Præmysliensis Prioris sive eius Succedaneo:
rum, totiusq' memorati Conventus nunc et pro tempore exi:
stentis, ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmij
sliense, ex tunc recessu Superscripto quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tan:
quam peremptorio stare Iurisparere, respondere, Vadium vel
Vadia luere Inscriptioni huic satisfacere, a omne iudicatum pati de:
bebit et tenebitur, seq' ac suos Successores ac bonorum eorundem
hæredes et possessores pro tempore existentes ad eadem omnia
inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum
peremptorium, ut et alios omnes exinde Consequentes Causæ eius:
dem Terminos semper peremptorios vera infirmitate proma:
iori minorennitate Successorum legatione, intra vel extra Regnum
Servitio militari ad munimenta ad Quietorem vel aliis qui
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo

acl quie taho.

ad quietationem præterea Ultra proximos officy præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pænis simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalibus Juris præscriphone Terrestri bello Conventioneq ac alüs omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, ne c vadio alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante. 2027

Gazeckich mutua advitalitas. 125

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosi Joannes Gazecki olim Generosi Petri Gazecki cum Generosa olim Dorothea Zinowska Consorte eius legitima procreatus filius ab Una et Catherina Glozicka Generosi Alexandri Glozicki cum Generosa olim Zophia Przysłkowska Consorte eius legitima procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi Et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui Uti Tutoris Coniugalis personali authoritate et assistentia ac Ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisditioni quo ad actum hunc attinet, Sese suos successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et planarie incorporando atq subÿciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem, Una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium, hæreditariorum et obligatoriorum, summarumq pecuniariarum quarumvis, nec non auri, argenti, Clenodiorum, Unionum, margaretharum Vestium Vestimentorum tum stanni æris cupri orichalci, pecorum